Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Ezechiel

143

viderit gladiū vehemēte sup terram. et cecinerit buccina et annūciauit populo: audiens aut quisquis ille ē sonitū buccine et nō obseruauit veneritq; gladius et tulerit eū. sanguis ipius sup caput eius erit. Sonū buccine audiuit et nō se obseruauit. sanguis eius i ipo erit. Si aut se custodierit. animā suā saluabit. Et si speculator viderit gladiū vehemēte et nō insonuerit buccina et populus se non custodierit. veneritq; gladius et tulerit d'eis aliquē. ille quidē iniqtate sua captus ē. sanguinē aut eius d' manu speculatoris requirā. Et tu fili hominis. speculatorē dedi te domui isrl': Audiens ergo ex ore meo sermones admōnebis eos ex me: Si me dicente ad impiū. impie morte morieris. si fueris locutus ut se custodiat impius a via sua: et ipse impius i iniqtate sua morietur: sanguinē aut eius de manu tua requirā. Sin aut admōnueris te ad impiū ut a viis suis cōuertatur nō fuerit conuersus a via sua: ipse i iniqtate sua morietur: porro tu animā tuā liberasti. Tu vero fili hominis. dic ad domū isrl'. Sic loquti estis dicentes iniqtates nrē et peccata nrā sup nos sunt. et i ipis nos tabescimus. Quomodo ergo viuere poterimus: Dic ad eos: Viuo ego dicit dnūs deus Nolo mortem impij. sed ut conuertatur impius a via sua et viuat: Conuertimini a viis vestis pessimis et quare morieminī domus isrl'. Tu itaq; fili hominis. dic ad filios populi tui iustitia iusti nō liberabit eū i quacūq; die peccauerit: et impietas impij nō nocebit ei i quocūq; die conuersus fuerit ab impietate sua. et iustus nō poterit viuere i iustitia sua i quacūq; die peccauerit. Etiam si iusto dixero q' vita viuat. et confisus i iustitia sua fecerit iniqtatē omnes iustitie eius oblivioni tradent: et i iniqtate sua qua operatus est in ipa morietur. Si autē dixero impio. morte morieris. et egerit penitentiam a peccato suo. fecerit q; iudicium et iustitiam et pignus restituerit ille impius rapinam q; reddiderit: i mandatis vite ambulauit nec fecit quod iniqtū: vita viuet et nō morietur: omnia peccata eius q' peccauit nō imputabuntur ei. iudicium et iustitiam fecit: vita viuet: et dicent filij populi tui: Nō est equa ponderatio via dni. et ipsorū via iusta nō ē. Cū enim recesserit iustus a iustitia sua. fecerit q; iniqtates. morietur i eis et cū recesserit impius ab impietate sua fecerit q; iudicium et iustitiam. viuet i eis et dicitis: Nō est recta via dni: Vnūquēq; iuxta vias suas iudicabo d' vobis domus israhel Et factū ē in duodecimo anno i duodecimo mense i quinta mensis transmigrationis nrē. venit ad me qui fugerat de ierusalem dicens. vastata est ciuitas. Manus aut dni facta fuerat ad me vespere antequā veniret qui fugerat. aperuitq; os meū donec veniret ad me mane